Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tragici sunt appellati. Nam Teador Graeci hirci nomen, et non ut
plerique existimant, q Tragici cantus esset et horridus ut hirci,
quemadmodum etiam Homerici restat, quum de poetis loquerent, ingens:
Carmina q tragico, vilem certavit ob hircum. Comici vero cantus,
non solum p theatra ut dixi vagabat ab initio, sed etiam inter
crapulationes et Ebriatas, et omnigenas lustra, venerum more ac mere,
turpitudinis impudentia versabatur, unde etiam nomen traxere. Nam
vocem graeci crapulationem et Ebriatas signat, et odos cantus, ex
qbus duobus composita est comoedia. Sed tardius ea ars à nostris
cognita fuit. Quandoquidem Italia ipsa, gravioribus ab initio
intenta studijs, aut rei militaris disciplina deserviebat, in qua
ceteris gentibus praestare egregium existimabat, aut philosophiae meditatae
omnium humanarum rerum et divinarum, investigandarumque naturae
Deorum, et veritatis cognoscendae amore afficiebatur, unde evenit,
ut tot clarissimi viri, in quorumque gente laudis evaserint. Qualis
fuit ex Locris Timaeus, et ex Tarento Archita, ad quos audiendos
Plato venit ea tempestate Plato, eamque subtilissimam ac
prope divina ut in homine gentili, tum ipsorum altera, disputationem
habuisse ostat, q fuit de mundi constitutione, qua etiam Timaeus
inscribitur. Qualis etiam ex Syracusis Archimedes, et ex illa
Italiae parte Charondas, et ex Locris Zeleucus, à qbus
Platonem ipsum, plura didicisse ex suis legibus ostat. Adauctis
deinde Romano imperio, summisque iam per Italiam, ac tanta
cum Carthaginensibus pace, Roma ob opulentiam, in luxuriam versa,
tunc primum poetica coepit inrepere, cum corruptis civitatis moribus
et disciplina pristina disciplina, omnia ludorum genera, ad oblectandam
ipsorum libidinem excita. Tum ex media quoque Graecia accersi
mimi et histriones arcessebant. Tum etiam hae theatra,
hae scenae, haec spectacula edi coepta. Unde postea homines,
et aliqua ingenii praestantia eminebant, ea voluptate rapti,
rapti pellicis labe, haud amplius ad philosophiae studium se exerebant.
Sed ad id quod rapiebant trahebant quae videbant multitudinis animos
inspirare. Sed primo Romae, et tragoedi et comici ausi, et
plerique essent in suo genere praestantiores aliorumque, ad